

Ilium adscendisse & ibi statuam Achillie oleo unxisse acco-
ronisse: beatum prædicando illum: quod & vivens, fidum
Amicum (*Patroclum*) habuisset; & mortuum, μεγαλε κή-
ρυκος (magni Præconis, nempe Homeri) compos suisset.
Quod & à Cicerone commemoratur pro Archia, qui addit: ni-
si ille exstisset, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat,
nomen etiam obtruisset. Hic nempe fructus est honorum
Poetarum, & Historicorum, ab oblivione vindicare nomi-
na clarorum virorum, eisque quandam conciliare immor-
talitatem.

Quis Lycios Proceres, Glaucum aut Sarpedona nosset.

Trojanosve Duces:

Omnia ni veterum scripsissent bella Poeta?

Idyll. 16.

Museum, inquit Thæsaurus, venerare sacerdos *interpretes*, ita-
fici, ut etiam post mortem bene audias. Ptolomæus Phila-
delphus Zoilum Homeri detrectorem, (unde Homeromafix
dicebatur) quod insectari illum & carpere non vereretur,
non secus atq; impium & sacrilegum averteret, in vincula
compactum, verberibusq; atq; omni supplicio excruciatum
de saxo præcipitem egit. Et meritò: quanta enim impu-
denter, & temeritatis fuit eum damnare, quem omnes cer-
tatum summis in cœlum laudibus sapientes ferunt? itaque
præter acerbissimum mortis genus illa etiam infamia nota-
tus est, ut postea laudum alienarum obtrectatores & invidi
ab ejus nomine Zoili, dicerentur omnes. Theologi humc
quanti fecerint, quum temporis habenda sit ratio, com-
memorare nolo. Divus Basilius Magnus ille, totam Homeri poe-
fin laudem Virtutis esse affirmavit. In quanto estimio
apud Jurisconsultos fuerit, patet, dum non solum in Pandectis
aliqvoties nominatim, quasi testis citatur; verum &
ipse Justinianus Patrem, eum vocat, omnis virtutis.. De
Medicis, de Aristotele, Platone & aliis modò non dicam; His
ille